



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XXXVIII. Himerivs. XII. Arch.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

dum summa ac memoranda fuit felicitas, quòd pleræque provinciarum regiones egregiis fuerint custoditæ Pastoribus, inter quos Severum meritò sunt veneratæ. Porro huius in Christi Fide propaganda ardorem, & in curandis ovium suarum vulneribus industriam, inde intelligamus licet, quòd Apostolico Spiritu plenus, non Belgii finibus concludi, sed finitimis perinde Germaniæ populis ac remotis, & inter hos Britannis ab orbe nostro divisis, operam desudare suam industriamque, præclarum duxerit. Plenus itaque virtutibus & meritis terras reliquit an. 455. Sed, 28.

## XXXVII. D. CYRILLVS. XI. ARCH.

**D.** Cyrillus D. Severi Successor Antecessori fuit simillimus, si annos Sedis perpaucos demamus: duobus enim duntaxat Archiepiscopus fuit, ut esset longè pluribus, desiderium sui reliquit plurimis an. 457. jam vivis ereptus. In primis voluit esse curis templorum destructorum restorationem; templis accessit S. Eucharii Oratorium, cui adjecit Monasterium, quod S. Mathiæ nomine nuncupârunt posterii. DD. Eucharii, Valerii & Materni Reliquiis locum hunc novum exornavit. Sanctis denique Sanctus ipse est appositus an. 457.

## XXXVIII. HIMERIVS. XII. ARCH.

**H**imerius etiam Jamiricus & Jamblychus appellatus, unius duntaxat anni Archiepiscopus, magnas meritis est laudes; ipsum namque in epistola ad Arbogastem Comitem Trevirensẽ datâ, Auspicius Tullensis Episcopus *sanctum*, Sidonius verò *Virum consummatissimum* dixit.

XXXIX.